



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1561. usque ad annum 1562

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118596**

§. 92. Contentio inter Cæsareos, & Hispanos circa vocem: continuatio.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66624](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66624)

Sæc. XVI.  
A.C. 1562.

„lege, solemnique denunciatione, ne  
„posthac meo Principi, ejusque posteris,  
„ceterisque Germaniæ Principibus, E-  
„lectoribus, ac Ducibus fraudi sit: ut  
„vero hujusce rei monumentum posteris  
„relinquatur, id in acta Concilii re-  
„ferri, exemplarque mihi scribæ manu  
„exarratum exhiberi flagito.. Ad hæc  
respondit Orator Venetus: „meæ Reipu-  
„blicæ meritissimo jure superior locus  
„debetur: & quemadmodum Dux Ba-  
„variæ nunc cedit, ita spero, eum dehinc  
„ubique cessum: porro id ipsum in  
„acta referri peto. „

§. XCII.

*Contentio inter Cæsareos, & Hispanos  
circa vocem: continuatio.*

Pallav. u.3.

Insuper affidua Cæsareos inter, & Hi-  
spanos fervebat contentio de his  
verbis: *Synodi continuatio:* quo arden-  
tius enim Cæsarei hanc vocem excludi  
contendebant, eo pertinacius isti illam  
propugnabant: quapropter cum Cæsa-  
ris fautores hæc verba: *ut, quam citissime  
possit, agitentur ea, quæ de dogmatibus  
expendenda supersunt:* in decreti formu-  
la exponi cernerent, enixe petierunt, ut  
*ea* delerentur verba, eoquod nimis a-  
perte Synodi continuationem præsefer-  
rent: præterea a Cæsareis tanquam res  
minime dubia habebatur, Hispanos o-  
mnino

mnino consensuros, ne de continuatione **Sæc. XVI.**  
 mentio fieret usque ad Synodi exitum: **A.C. 1562.**  
 ex adverso autem firmiter credebant,  
 ab Hispaniæ Rege in quodam libello  
 fuisse significatum, quod consentiret Cæ-  
 sar, ut rupta omni mora Continuatio  
 extemplo declararetur. Verum utrum-  
 que confessim patuit falsum esse: nam  
 Hispani eodem die, quo Cæsarei hoc  
 de ipsis affirmarunt, Præsides rogabant,  
 ne a concepta Decreti forma ea verba  
 mox relata tollerent usque ad accessum  
 Piscarii Marchionis, qui exspectabatur  
 in horas: is vero postea adventans o-  
 mnino contraria significabat iis, quæ pro-  
 certis posuerant Cæsariani, nam hi o-  
 mnibus iis, quæ vel leviter Synodi con-  
 tinuationem indicare videbantur, vehe-  
 menter sese opponebant.

### §. XCIII.

#### *Hispaniæ Regis querelæ ad Papam contra ejus Legatos.*

Ut ea res plenius intelligatur, scien- **Pall. l. 16. c. 6.**  
 dum est, per eos dies allatam fuisse **n. 4.**  
 legatis epistolam Pontificis cum duobus  
 libellis, quos Philippus Hispaniæ Rex  
 ad Papam miserat, atque in iis de Le-  
 gatis acerbas querelas instituerat, &  
 quidem in primo, eoquod in decimæ  
 septimæ Sessionis decreto hæc verba  
 fuissent apposita: *Proponentibus Legatis;*  
*in*